

PROPRIO DE LA MISA

SAN JUAN

Apóstle y evangelista

27 de Diciembre - Fiesta clase 2.^a - Blanco

Eclesiástico 15.5; Salmo 91.2

IN medio, Ecclesiæ aperuit os ejus: et implevit eum Dominus Spiritu sapientiæ, et intellectus: stolam gloriæ induit eum. Ps. 91: 2. Bonum est confiteri Domino, et psallere nomini tuo, Altissime. *Ÿ.* Glória Patri.

ECCLESIAM tuam, Domine, benignus illustra: ut beati Joannis Apostoli tui et Evangelistæ illuminata doctrinis ad dona perveniat sempiterna. Per Dominum nostrum.

Conmemoración de la octava de Navidad.

CONCEDE, quæsumus, omnipotens Deus: ut nos Unigeniti tui nova per carnem nativitas liberet: quos sub peccati jugo vetusta servitus tenet. Per eúndem Dóminum.

Eclesiástico 15.1-6

QUI timet Deum faciet bona: et qui continens est justitiæ apprehendet illam, et obviabit illi quasi mater honorificata. Cibabit illum panem vitæ et intellectus, et aqua sapientiæ salutaris potabit illum: et firmabitur in illo, et non flectetur: et continebit illum, et non confundetur: et exaltabit illum apud proximos suos, et in medio ecclesiæ aperiet os ejus, et adimplebit illum spiritu sapientiæ et intellectus et stola gloriæ vestiet illum. Jucunditatem et exultationem thesaurizabit super illum, et nomine æterno hereditabit illum. Dominus Deus noster.

INTROITO

El Señor le ha abierto la boca en medio de la asamblea; le ha llenado del espíritu de sabiduría y de entendimiento, y le ha vestido de honor y gloria. Salmo. Bueno es alabar al Señor, y cantar salmos a tu nombre, ¡oh Altísimo! *Ÿ.* Gloria al Padre.

COLECTA

Ilustra, benignísimo Señor, a tu Iglesia, para que, iluminada con la doctrina de san Juan, tu apóstol y evangelista, alcance los dones eternos. Por nuestro Señor Jesucristo, tu Hijo.

Concede, te rogamos, oh Dios omnipotente, que la nueva Natividad, según la carne, de tu Unigénito, nos libre a los que la antigua servidumbre nos tiene bajo el yugo del pecado. Por el mismo Jesucristo.

EPÍSTOLA

El que teme a Dios obrará el bien, y el que observa exactamente la justicia poseerá la sabiduría, porque ella le saldrá al encuentro, cual madre respetable. Le alimentará con pan de vida y de inteligencia, y le dará a beber agua saludable de la sabiduría. Se apoyará en ella y no vacilará; a ella se adherirá y no será confundido. Le levantara sobre sus compañeros y en la asamblea abrirá su boca. Ella le llenará del espíritu de sabiduría y de inteligencia, y le vestirá manto de gloria. Le colmará de consuelo y de alegría nuestro Dios y Señor y le dará en herencia un nombre eterno.

Juan 21.23,19

EXIIT sermo inter fratres, quod discipulus ille non moritur: et non dixit Jesus: No moritur. *Ÿ*. Sed: Sic eum volo manere, donec veniam: tu me sequere.

Juan 21.24

ALLELÚIA, allelúia. *Ÿ*. Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his: et scimus, quia verum est testimonium ejus. Allelúia.

Juan 21.19-24

IN illo tempore: Dixit Jesus Petro: Sequere Me. Conversus Petrus vidit illum discipulum quem diligebat Jesus, sequentem, qui et recubuit in coena super pectus ejus, et dixit: Domine, quis est qui tradit te? Hunc ergo cum vidisset Petrus, dicit Jesu: Domine hic autem quid? Dicit ei Jesus: Sic eum volo manere, donec veniam, quid ad te? tu Me sequere. Exiit ergo sermo iste inter fratres quia discipulus ille non moritur. Et non dixit ei Jesus: Non moritur, sed: Sic eum volo manere, donec veniam: quid ad te? Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his, et scripsit hæc: et scimus, quia verum est testimonium ejus.

Salmo 91.13

JUSTUS ut palma florebit: sicut cedrus, quæ in Libano est, multiplicabitur.

SUSCIPE, Domine, munera, quæ in ejus tibi solemnitate deferimus, cujus nos confidimus patrocinio liberari. Per Dóminum.

GRADUAL

Corrió entre los hermanos la voz de que el tal discipulo no moriría. Mas no dijo Jesús: No morirá. *Ÿ*. Sino: ¿Y a ti qué, si quiero que así se quede hasta que venga? Tú, sigueme.

ALELUYA

Aleluya, aleluya. *Ÿ*. Éste es el discipulo que da testimonio de estas cosas; y sabemos que su testimonio es verdadero. Aleluya.

EVANGELIO

En aquel tiempo: Dijo Jesús a Pedro: Siguemme. Volvióse éste, y vio venir detrás al discipulo amado de Jesús, el que en la cena se recliné sobre su pecho, y preguntó: Señor, ¿quién es el que te hará traición? Pedro, pues, habiéndole visto, dijo a Jesús: Señor, ¿qué sera de éste? Respondióle Jesús: Si yo quiero que así se quede hasta mi venida, ¿a ti qué te importa? Tú, sigueme. De ahí que corriese entre los hermanos la voz de que este discipulo no moriría. Mas no dijo Jesús: No morirá; sino: Si yo quiero que así se quede hasta mi venida, ¿a ti qué te importa? este es el discipulo que da testimonio de estas cosas, y las ha escrito; y estamos ciertos de que es verdadero su testimonio.

OFERTORIO

El justo florece como la palma, y se levanta como un cedro del Libano.

SECRETA

Recibe, Señor, los dones que te ofrecemos en la solemnidad de aquél con cuyo patrocinio esperamos ser libertados. Por nuestro Señor.

Commemoración de la octava de Navidad.

OBLATA, Domine, munera Unigeniti tui nativitate sanctifica: nosque a peccatorum nostrorum maculis emunda. Per Dominum.

VERE dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique grátias agere: Dómine sancte, Pater omnipotens, ætérne Deus: Quia per incarnáti Verbi mystérium, nova mentis nostræ óculis lux tuæ claritátis infúlsit: ut dum visibíliter Deum cognóscimus, per hunc in invisibílium amórem rapiámur. Et ideo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis et Dominationibus, cumque omni milítia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus sine fine dicétes:

Communicantes de Navidad.

Juan 21.23

EXIIT sermo inter fratres, quod discipulus ille non moritur. Et non dixit Jesus: Non moritur; sed: Sic eum volo manere, donec veniam.

REFECTI cibo potuque cælesti, Deus noster, te supplices deprecamur: ut, in cujus hæc commemoratione percipimus, ejus muniamur et precibus. Per Dominum nostrum.

Commemoración de la octava de Navidad.

PRÆSTA, quæsumus, omnipotens Deus: ut natus hodie Salvator mundi, sicut divinæ nobis generationis est auctor; ita et immortalitatis sit ipse largitor. Qui Tecum vivit et regnat.

Santifica, Señor, los dones ofrecidos en la nueva Natividad de tu Unigénito: y límpianos de las manchas de nuestros pecados. Por el mismo Jesucristo.

PREFACIO DE NAVIDAD

In verdad es digno y justo, equitativo y saludable darte gracias en todo tiempo y lugar, Señor, santo Padre, omnipotente y eterno Dios, pues por el misterio del Verbo ha brillado a los ojos de nuestra alma un nuevo resplandor de, tu gloria, para que, conociendo a Dios bajo una forma visible, seamos atraídos por el amor de Las cosas invisibles. Y por eso, con los Angeles y los Arcangeles, con los Tronos y las Dominaciones, y con toda la milicia del ejercito celestial cantamos el himno de tu gloria, diciendo sin cesar:

COMUNIÓN

Corrió entre los hermanos la voz de que el tal discipulo no moriría. Mas no dijo Jesús: No morirá; sino: ¿Y a ti qué, si quiero que así se quede hasta mi venida?

POSTCOMMUNION

Alimentados, Señor, con bebida y manjar celestiales, humildemente te pedimos que merezcamos nos proteja la intercesión de aquél en cuya conmemoración los hemos recibido. Por nuestro Señor.

Concede, te rogamos, oh Dios omnipotente, que habiendo nacido hoy el Salvador del mundo, así como es para nosotros el autor de la generación divina, sea El también el dador de la inmortalidad. El cual vive y reina.